



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die trigesima Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Sic ad præsens viuere, sed
Hotum, ut in æthere
Consequamur gaudium.

Natalem notatum vidi quarto Calendas Februarij, qui
tamen à Cisoniensibus non celebratur. Verum sancti Ar-
nulphi sui ossa per primos iconomachorum nostri tempo-
ris furores multum dispersa esse dolent.

Die trigesima Ianuarij.

De S. Aldegunde, patrona Malbodiensi.

*Ex historia Malbodiensis ecclesiae, Hucaldo, & a-
liunde.*

MAlbodio monasterio, sanctæ ALDEGVNDIS
virginis, multis visionibus claræ. Quæ in
 pago Haynoënsi, ex regali Francorum profapia
originem traxit, parentibus Gualberto & Bertilia.
Cum autem mater eam vellet illustri sociare con-
iugio, respondit le illum solum concupiscere, cu-
ius prædia sunt cælum, terra, & mare; cuius fun-
di & diuitiæ nunquam deficiunt. Vnde a Walde-
trude, quæ virginis soror natu maior erat, in Ca-
strotum loco instrueta, postmodum ad Sambram
& Malbodium, monasterium construxit, & tur-
bam sanctorum virginum congregauit; Quibus
prædia sua possessionesque tribuit publica dona-
tione, quæ habebat in pagis, sive territorijs, Hay-
noënsi, Laumensi, Suectionehsi, Landunensi,
Ostrebando, † Brachbanto, Riboariensi, & alibi.

† F. n. Brat-
chanc.

Cumque passionem aliquam, ut plenè pur-
garetur, vehementer optaret, cancri morbum in
dextra mamilla percepit, cumque velut marty-
rium suum, aut purgatorium, dilexit. Sororis suæ
Waldestrudis filias, Alderudam, & Madelbertam
sic in pietate instituit, quod in monasterij regimi-
ne ipsi successerint, & post mortem natales dies
habere

habere ineruerint. Porro sancta Aldegundis, vita sua stadium consummans, cum magna claritate cœlestis luminis, ad vitam migravit æternam. Sepultaque est in villa seu curte Sora: ubi uterque parens tumulatus esse dicitur, sed inde translata est Malbodium: quod multis miraculis illustrauit. Fuit autem Malbodium monasterium, ab ipsa fundatum; sed hodie est oppidum Hannoniae, & in eo celebre Canonicarum nobilium, sive Domnarum, aut (ut fundatio habet) ancillarum, collegium, quarum dominio ipsum oppidum subiectatur. De hac Vuardus ait, tertio Calendas Februarij, *Malbodium monasterio, sanctæ Aldegundis virginis.* Ex quo constat memoriam eius in ecclesia esse peructuam. Secundaria festa habet, sexta Lunij, decima octava Octobris, & decima-tertia Nouembbris. ubi Laurentius Surius historiam ab Hucaldo descriptam, collocauit.

FEBRVARIO mense, die prima.

1º De sancto Euberto, qui Insulis quiescit.

Ex informatione Ludouici Poutrain, Canonici & electi Decani Insulensis, & Florentij ab Haer, ibide Canonici.

SICLINIJ, depositio sancti EUBERTI, Episcopi & confessoris: sed translatus, quiescit Insulis, in collegiata ecclesia sancti Petri. Cuius vita licet sit Deo nota, & hominibus ignota; creditur tamen esse meriti præclari. Eius memoria annuè ab Insulensibus repetitur octavo die post natalem. *Eodem, inquit, die, repositio reliquiarum sancti Euberti, episcopi & confessoris, à venerabili patre Waltero Tornacensi episcopo in praesenti ecclesia, ex octava depositionis eiusdem.* De repositione autem hac per